

P I T H A L A M I V N

Scriptum Felici Copulæ

M I C H A E L I S P O M P E

*Armigeri*, Domini in M E E R D E R V O O R T,  
 & in Cort Ambacht in S W Y N D R E C H T , &c.

N E C N O N

A D R I A N A E de B E V E R E N,

Viri Maximi

CORNELII de BEVEREN, Equitis, Domini in  
 REVELS-HOUCK & WEST-ISELMUNDA &c. Consiliarij & Quæstori  
 ZUYD-HOLLANDIAE generalis, Exconsulis Dordraceni, & nuper ad  
 sereniss. DANIAE ac Magnæ BRITANNIAE Reges Legati, &c.

Filiæ Natu Maximæ,

*summatæ ad diem 17. Novembris, Anni à nato Salvatore C I C I C XXXVII*

eritis magnus, magni pars prima Senatus,  
 a patris soboles, BEVEREN AE gloria gentis  
 Battaviæ Phœnix hoc tempore nostræ,  
 e si liceat; sed enim dicenda supersunt  
 , nec invidiam placo virtute relictâ;  
 itemissas nautarum in damna carinas  
 ret à nostris cervicibus, & prece blandâ  
 eret armantem classes in prælia Regem.  
 que Caledoniæ Batavis ibi sceptra coronæ  
 iliat, prudensque cavet ne fœdere rupto  
 penè conjunctas solvat discordia gentes;

AMSTERDAMI,

Typis NICOLAI RAVESTEYNII.

C I C I C XXXVII.


# E P I T H A L A M I V M

Scriptum Faustæ Copulæ

D. MICHAELIS POMPE,

N E C N O N

D. ADRIANAE de BEVEREN.



Ublica dū patriæ curamus commoda , cives  
Servamus, vastas moderamur legibus urbes,  
Privatamve domum solidâ virtute tuemur,  
Gestantes varias mortali pectore curas,  
Invigilat cælum cunctis; nostroque labori  
Adspirans, facilem præbet conatibus auram.  
Scilicet hic Superis labor est : sic justa re-  
pendunt

Præmia virtuti, & rebus sine fraude peractis.

Nuper ad oppositos, per flumina nostra, Britannos,  
Alternos Tamesis fluxus ubi gurgite vasto  
Excipit Oceani, miscetque anfractibus undas;  
Vir meritis magnus, magni pars prima Senatus,  
Digna patris soboles, BEVEREN AE gloria gentis,  
Solus Battaviæ Phœnix hoc tempore nostræ,  
Dicere si liceat; sed enim dicenda supersunt  
Plura, nec invidiam placo virtute relicta;  
Ibat, ut emissas nautarum in damna carinas  
Verteret à nostris cervicibus, & prece blandâ  
Flechteret armantem classes in prælia Regem.  
Dumque Caledoniæ Batavis ibi sceptra coronæ  
Conciliat, prudensque cavet ne fœdere rupto  
Tam benè conjunctas solvat discordia gentes;  
Iupiter in terras oculos deflectit, & intra  
Oceanum, Rhenumque, ubi longo Belgica tractu  
Excurrent, gelidas nimium curvatur ad Arctos;  
Millia multa videt densari funera morti,

Infestam s̄avire luem , putriquē favillā  
Accensas flagrare domos , & lurida passim  
Agmina morborum totis incumbere campis.  
Nec mora : Mercurio, Venus (inquit) ad alta vocetur  
Atria Cælicolūm, nec terris semper oberret.  
Est Paphos Idaliumque illi, sunt alta Cythera,  
Hæc aliâs Divæ placeant, nunc nostra revisat.  
Sic ait, at Divūm interpres, Cyllenia proles  
Paret : & illa suo comitata Cupidine, curru  
Advolat, ac quærit quæ sint mandata Parentis.  
Cui sic omnipotens. Pulcherrima, Nata, Dearum;  
Nata, salutifero quæ Divūm, hominumque, veneno  
Demulces animos, blandisque caloribus afflas,  
Non ignara equidem (nam tu quoque numine polles)  
Tantorum poteras sola hactenus esse malorum,  
Quanta Batavorum grassata fuere per agros.  
Nonne vides calidis fumare cadavera bustis ?  
Ut pereant homines nullo discrimine, & ipsa  
Virginibus fœcunda parens D U R D R E C H T A , tibique  
Dilecta ante alias, non unâ peste laboret ?  
Hanc mecum recolo, & fixam sub pectore verso.  
Ecce peregrinis, Patriæ, propugnat in oris,  
Iura suæ, pacemque rogat B E V E R E N U S avitam.  
Iamque parans abitum, nec dum dimittitur aulâ.  
Sæpiùs interea subeunt, mentemque quietam  
Sollicitant, placidæ turbantes somnia noctis,  
Curia, rura, domus cum cara Conjuge, nati,  
Nataque, tam magni non vilis cura Parentis.  
His metuit, captam ne spem succidat in herba  
Atra lues ; salvos cuperet si fata probarent.  
Securum non præstat amor. Quin sidere tactos  
Præsagâ proprios horret jam mente penates.  
Eja age, rumpe moras, Natam cum Matre piisque  
Filiolis, salvam ad cendentia littora fiste.  
Cùm sis orta mari, pelagus fac stare quietum,  
Turbantem cohibe Zephyrum , Caurumque minacem  
Pelle procul : frater non hæc mihi namque negabit  
Neptunus, pelagi regnum cui sorte, tridensque,  
Obtigit: & clauso ventos qui carcere frænat  
Æolus, imperio, quamprimum jussero, nostro

Annuet,

Annuet, & leni nantes comitabitur Euro.  
Dixerat. Alma Venus tenui blandissima risu  
Sic contra est exorsa: Parens hominum atque Deorum,  
Qui placido exhilaras cælestia Numinia vultu,  
Atque eadem dicto terres quandoque minaci;  
Cui centumgeminus Briareus, & fulmine tacta  
Exolvit meritas proles Titania pœnas.  
Nequa tuis placitis steterit mora, protinus omnes  
Per mare traducam nullo discrimine vitæ.  
Aura favet, requies Zephyro, Cauroque feroci,  
Stagnaque flavigomus ludit per maxima Nereus.  
Sed, quod pace tuâ liceat dixisse, petitam  
Non equidem tangent terram, sulcumque carina  
Efficiet cœno, firmabit & anchora proram:  
Quin majus meditabor opus, Divumque favore  
Dignius, & quod non spernet tua magna Potestas.  
Nempe ea quæ dudum teneri contempsit Amoris  
Spicula, & insidias pueri dum casta repellit  
Virgo, Cupidineos, risit, sine viribus, arcus;  
Nunc aliter tentanda mihi, penitusque suavi  
Subjicienda jugo, totisque urenda medullis.  
Ad lætos etenim invitam revocabo Hymenæos,  
Conjugiique fidem sanctam; durâque, movebo,  
Mente reluctantem, dulci cognomine matris.  
Scis procul à patriis absentem finibus, Alpes  
Scandere, ut Ausonias lustret feliciter urbes,  
POMPÆUM; postquam potuit quod Gállica tellus,  
Contulit, extremum TITULI sublimis honorem.  
POMPÆUM, quem judicii vis acris, & altum  
Ingenium, ac dulces animi mores, variæque  
Condecorant linguæ, vastique scientia Iuris.  
Cujus & eximio sunt tantæ in corpore dotes,  
Ut florem batavæ possit quis dicere pubis.  
Hunc ego, sed reducem, per Gallica littora ad Anglos  
Felici pede compellam, & comitabor euntem.  
Cumque ad regalem CAROLI devenerit aulam,  
Non cessabo, nisi <sup>exti-</sup>mulante Cupidine, totus  
Ardeat, & pulchræ tabescat amore. Puellæ.  
Nec minus, insolitum per Virginis ossa calorem  
Diffundam, ut placito non obliquetur amori.

Non hoc elapsus, vulnentem feniet, anno  
H umilis Argoceros Phœbæ lampadis æstum,  
Quia A D S I A N A voler spousa fē jungere spousam,  
Sacraque coniubii conferre in feedera dextram.  
Tu modò famme Pater votis da prospera nostris  
Tempora, successumque ingentibus annue cœptis.  
Talia dicta dabat tenerorum Mater amorum,  
Iupiter at contra: video Cytheræa, proboque,  
Quicquid cauta agitas; tu tantum catena cura,  
Confidumque tuum P O M P A E o fuggere, tandem  
Flectere ut optatam queat in sua vota pueram.  
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris  
Ingruit, & dulcem fundit per membra soporem.  
Fulgebant toto radiantia fidera calo,  
Lunaque falcatâ frangebat luce tenebras.  
Cùm fœle in somno P O M P A E objecit, & ipso  
Incessu Venus alma Deam confessâ, benigno  
Alloquio tales deprompsit pectora voces.  
Quid, rogo, jam totas, juvenum doctissime, noctes  
Ingenium studiis torques, aut pectora curis?  
Quid tantum ingrato juvat indulgere labori?  
Sat Mufis, Phœboque datum. Suprema tulisti  
Præmia Doctrinæ. Valeat tam fervidus ardor.  
Militiam nostram sequere, & securus amato.  
Illa ætas tua, te, nunquam licet ipsa monerem,  
Huc vocat, & solidæ juvenili in corpore vires.  
Hoc te fratris amor rogat, hoc domus ipsa paterna  
Postulat, & matris, quondam, dum vita manebat,  
Vota, preces, imo toties de pectora fusæ.  
Nec te sollicitum teneat, quæ virgo legenda,  
Quæ animo placitura tuo ducenda sit uxor:  
Res ea, sic oro, curæ fit credita nostræ.  
Est mihi namque animo præstanti, & corpore, nympha,  
Cujus forma alias tantum supereminet omnes,  
Ut nunquam similem, Boream placantibus Austris,  
Littore arundineo spectarit Meruæ canentem.  
Tantaque cui fulgent formæ conjuncta decenti  
Dona pudicitiae, ut si quis Paris alter utramque  
Conferret, dici jam castra, Lucretia, nollet.  
Quid genus, aut proavos memorem, BEVERA M que supremis  
Fascibus

Non hoc elapso, redeuntem sentiet, anno  
Humilis Ægoceros Phœbæ lampadis æstum,  
Quin A D R I A N A volet Sponso se jungere Sponsam,  
Sacraque connubii conferre in fœdera dextram.  
Tu modò summe Pater votis da prospera nostris  
Tempora, successumque ingentibus annue cœptis.  
Talia dicta dabat tenerorum Mater amorum.  
Iupiter at contra : video Cytheræa, proboque,  
Quicquid cauta agitas ; tu tantum cætera cura,  
Consiliumque tuum P O M P A E o suggere, tandem  
Flectere ut optatam queat in sua vota puellam.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris  
Ingruit, & dulcem fundit per membra soporem.  
Fulgebant toto radiantia fidera cælo,  
Lunaque falcatâ frangebat luce tenebras.  
Cùm se se in somno P O M P A E o objecit, & ipso  
Incessu Venus alma Deam confessâ, benigno  
Alloquio tales deprompsit pectora voces.  
Quid, rogo, jam totas, juvenum doctissime, noctes  
Ingenium studiis torques, aut pectora curis ?  
Quid tantum ingrato juvat indulgere labori ?  
Sat Musis, Phœboque datum. Suprema tulisti  
Præmia Doctrinæ. Valeat tam fervidus ardor.  
Militiam nostram sequere, & securus amato.  
Illa ætas tua, te, nunquam licet ipsa monerem,  
Huc vocat, & solidæ juvenili in corpore vires.  
Hoc te fratris amor rogat, hoc domus ipsa paterna  
Postulat, & matris, quondam, dum vita manebat,  
Vota, preces, imo toties de pectora fusæ.  
Nec te sollicitum teneat, quæ virgo legenda,  
Quæve animo placitura tuo ducenda sit uxor:  
Res ea, sic oro, curæ sit credita nostræ.  
Est mihi namque animo præstanti, & corpore, nympha,  
Cujus forma alias tantum supereminet omnes,  
Ut nunquam similem, Boream placantibus Austris,  
Littore arundineo spectarit Meruæ canentem.  
Tantaque cui fulgent formæ conjuncta decenti  
Dona pudicitiæ, ut si quis Paris alter utramque  
Conferret, dici jam casta, Lucretia, nolle.  
Quid genus, aut proavos memorem, B E V E R A M que supremis  
Fascibus

Fascibus insignem? Tot decantata per orbem  
Nomina, & antiquo deductam stemmate gentem?  
Hæc nimium cunctis sunt nota. Quid ergo moraris?  
Si modò, cùm tempus fuerit, præcepta secutus  
Nostra, pharetrato submittas pectus Amori,  
Hanc ego morigeram reddam tibi ( si qua mihi vis,  
Aut gnato fuerit nostro) propriamque dicabo  
Connubio stabili. Tu si quid fortè roganti  
Abneget, & casto videoas obsistere amori,  
Nedelponde animum, sed contra audentior ito.  
Hæc dicens, conversa Venus, vestigia retrò<sup>retrò</sup>  
Torsit, & in tenues cedendo evanuit auras.

Mox puero mandata suo dedit, ut face tectâ  
Ureret assiduò POMPÆUM, illoque subacto,  
Spargeret innocuos per viscera Virginis ignes.  
At Iuvenis, postquam discusso strata sopore  
Liquit, & Auroræ surgentis lumina vidi;  
Non jam delicias Musarum, & Apollinis artes  
Cogitat, aut solitos studiorum ferre labores  
Dignatur; sed sola Deæ præcepta decoræ  
Mente agitat; tacito depascens vulnere pectus  
Torret Amor vigili latitantia viscera flammâ.  
Sæpius ante oculos dilecta Virginis ora  
Cernit, & eximios dum laudat imaginis artus,  
Hæsit, ingentemque animo spem turbidus haurit.  
Nunc putat absentis molli se voce vocari;  
Nunc petere amplexus, atque oscula dulcia dextræ  
Figere, & intactas digito tentare papillas.  
Nulla quies animo. Mox se objectare periclis,  
Et casus superare omnes, Italisque relictis  
Maturare viam cupid; ægros Anglia sensus  
Tota capit, pulchræ suadetque occurrere Amicæ.  
Nec minus interea læsa est ADRIANA, suumque  
Ardet Amatorem postquam devicta potenti  
Succubuit telo, flammaisque in pectori sensit.  
Namque salutantem dulci sæpè excipit ore,  
Præsentisque putat lætos se cernere vultus.  
Intus amans metuit ne cui videatur amare.  
POMPÆUS que animo toto dum volvitur, altè  
Dissimulans, tectum occultat, quo carpitur, ignem.

Atque

Atque ita diversa penitus regione locatos,  
Nocte, dieque, eadem consumpsit flamma, voransque  
Affixit binos per mutua vulnera amantes.

Donec ab extremis Morinis POMPÆ US ad Anglos  
Flexit iter, castumque suæ testatus amorem  
Detulit obsequia, & præsens firmavit Amicæ.  
Nempe ea, quæ toties nescire Cupidinis ignes,  
Et minus expertam se dixerat esse calorum  
Quos ciet intus amor, matrisque timescere nomen,  
Vim Cypriæ confessæ Deæ, veniamque precata,  
Cessit Amatoris precibus, votisque petentis  
Annuit, ac facilem tandem quoque præbuit aurem.  
Et Magnus Pater, ut Iuvenis formamque, decusque  
Vidit, & ingenuo vernantes pectore mores;  
Non citius patriam salvus remeavit ad urbem,  
Quam gnatam se POMPÆ O sociare marito  
Iussit, & fausto tedas celebrare jugales  
Omine, quas cuncti lætas optamus Amici.

Felix Sponse igitur, qui partâ Virgine gaudes.  
Felix Sponsa magis tam digno juncta Marito.  
Utere sorte tua POMPÆ E, & carpe negata  
Gaudia dum placido nimium pugnabat amori  
Sponsa, nec intactæ pro virginitatis honore  
Certantem patere optatam consumere noctem.  
Tu quoque jam vanum depone ADRIANA timorem;  
Teque tuo totam incipias submittere Sponso,  
Virginibus dictura vale, sumpturaque nomen  
Mátris, ubi ternos ter Luna peregerit orbes.  
Nam modò tempus adest: & Hymen me plura parantem  
Dicere, non passus tua gaudia sistere verbis,  
Finire, & tali voluit concludere voto.  
„ Infantes animæ quas felix copula junxit,  
„ Nulla dies unquam vestros dissolvat amores.  
„ Crescat magna domus, clarisque nepotibus aucta  
„ Fulgeat, & salvam priscâ virtute Parentum,  
„ Exemploque suo, Batavorum dirigat Argo!

Ludebam Amico ac Fautori incomparabili, nunc Sponso,

MARTINUS HORTENSIUS.